Arphaxat quingentis annis: &
genuit filios et filias. Porro Arpha
xat vixit triginta quinque annis &
genuit Sale. Vixitque Arphaxat
postquam genuit Sale trecentis tribus
annis: et genuit filios et filias
Sale quoque vixit triginta annis
et genuit Heber. Vixitque Sale
postquam genuit Heber quadringen
tis tribus annis, et genuit filios
et filias. Vixit autem Heber
triginta quatuor annis et genuit
Phaleck. Et vixit Heber post
quam genuit Phaleck quadrin
gentis triginta annis & genuit
filios et filias. Vixit quoque Pha
leck triginta annis et genuit Reu.
Vixitque Phaleck postquam genuit